



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv**

**More, Henry**

**Avdomari, 1660**

Somnium salutare. ibid.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38320**

posse. Recolere saltem potes (inquit noster) & recitare quæ quotidie peccas: **1623.**  
 istud fac, reliqua committe Deo & mihi; si quid Deus tibi interim bona me-  
 tris iniecerit, ne contemne: Narranti quæ peccauerat tantus repente dolor ob-  
 uenit ut in lachrymas solueretur; neq; illi oratio in posterum neque ieunium  
 graue fuit: Cumque ab antiquo tempore fuissent illi cum Nouerca sive que ex  
 illa fratribus vel eres simulantes, ut nec in conspectum venire lustineret, & ob  
 effruecentem ex re leuissima iracundiam, caterolque effrænes animi mo-  
 tis diuisi plurima litesque contraxisset, his missis inimicitiam omnem de-  
 posuit, pacem cunctis obstupentibus colit & concordiam; id quod si paupe-  
 rum orphanorumque quos alebat causâ à Deo concessum quis dixerit, non  
 male (mea quidem lententiâ) fuerit ominatus. Huic igitur ad vitam ex  
ritu Christiano degendam apertus est aditus; alteri ad æternam. Vir in ea re-  
Somniūm  
gione que ad Collegium Sancti Xauerij pertinet, honesto loco natus cum  
salutate;  
 vxore & filia, multa à pleudo verbi-præcone & vicinis hereticis ob fidem  
 orthodoxam passus, iacebat insomnis, per noctis silentium tecum reputans  
 qua ratione acerbitatē persecutionis declinaret: Vxor à latere somnians,  
 "Heus, inquit, bone vir, breui mihi ex hac vita migrandum est; hoc vnum  
 rogo atque obtestor, ut post obitum meum filiæ curam geras, colloceisque  
 ubi piè, & Catholicè viuat; Tu bona tua fidei alicuius committe, ut fidem  
 veram Religionemque facilius tuearis) oblitupuit ad hanc vir; neque enim in  
 somnis loquentem antea audierat. Manè rogat quid somnij habuisset; illa ea-  
 dem recitat quæ somniantur." Et aliud, inquit, est quod à te vigilante nunc o-  
 ratum velim, ut propediem iter ad vicinum Mæcenatem nostrum carpamus  
 capturi de rebus nostris consilium.) Non longè aberant domo, quando fa-  
 minam capit & pectoris tantus dolor occupauit ut quod reliquum erat  
 viæ difficulter supercarit & ingrauelcente repete morbo delata ad cubile ea ipsa  
 nocte animam Deo pie placideque reddiderit, gratias illi agens immensas de  
 Providentia tam singulare quam mori datum esset inter Catholicos, & ubi per  
 Sacramenta subsidium animæ erat in promptu:

VII. Quinque etiam ex nostris vitam cum morte commuta-  
 runt, & si maleuolorum spectes sermones, tristis fuit duorum exitus, si rem  
 ipsam, gloriofus; quid enim Christiano militi magis gloriosum quam Chri-  
 sti præcepta & laudes enarrantem occumbere? *Robertus Drureus* (dictus  
*Bedfordus*) humaniorum literarum studijs Audomari absolutis, Romæ  
 Philosophiam, in Polonia Theologiam audierat; Isthic etiam Rethores  
 & Philosophos expulerat; Revocatus in Belgum, in studiorum Præfectura  
 Audomati, & concionandi munere, in Theologia etiam tradenda Louanij  
 magnam sibi pepererat laudem, maiorem grauitate morum & con-  
 stantiâ, tum etiam suavitate & prudentiâ singulari; quæ cum plurimum  
 momenti viderentur habitura ad multatum salutem animarum, si in ea  
 quam tunc temporis gaudebat Anglia tranquillitate explicarentur, missus

LII 2

in In-

Duo ex no-  
stris casu  
domus op-  
prefti.